



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.  
XII**

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

De alio, qui sine ordinibus celebrans, crucifixum vidit lacrymantem, cap.  
61.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

## CAPVT LXI.

**D**iaconus quidam Steinuelensis, de ordine Præmonstratensi, Gerhardus nomine, apostolans, circa quatuor tempora se ordinem fæcerdotalem suscepisse finxit, & Coloniæ in Basilica Sancti Michaelis, quæ in porta Martis posita est, quasi primam Missam, instruente eum sacerdoté, miseritius celebrauit. Ego eidem Missæ tunc scholaris interfui, & multas recepit oblationes: confessus est postea sacerdoti, qui ei astitit, a quo ego audiui, quod quotiens se vertit ad populum, crucifixum contra se stantem viderit lachrymantem: est enim imago eadē antiqua, & sculpta, magna satis. Nam pius Dominus, qui olim fleuit super malitia ruiturę ciuitatis Ierusalem, etiam de præsumptione tanta lachrymari dignatus est. Ex lachrymis verò imaginis Christi, considerans magnitudinem culpæ, pœnitentia ductus, sedem Apostolicam petijt, & in eadem via vitam finiuit. Hæc dicta sufficiant de sacerdotibus indignè conscientibus. De indignè sumentibus aliqua tibi dicā exempla.

## CAPVT LXII.

**I**n Exodus præcepit Dominus agnum paschalem comedì assūm igni, & cum lactucis agrestibus, re- nibusque succinētis: si de agno figurali per significationem hæc percepta sunt, quomodo aliquis audet accedere ad esum veri agni, sine igne charitatis, si ne amaritudine cordis, & castitate corporis? Nicodemus attulit myrrhæ & aloës quasi libras centum, & Matt. 27 inuoluit Dominum in sindone munda, & post sepeliuit in monumento nouo, in quo nondum quisquam positus fuerat: & tu quisquis in peccatis es, sine myrra & aloë, id est sine amaritudine pœnitentiæ, corisque contritione, Dominum in sepulchro fœtido reponis? Agnus paschalis decima die mensis tolleba- Exod. 12 tur, & quarta-decima die immolabatur: per quod ostenditur, quod non debet accedere ad Eucharistiam, nisi qui impleuerit præcepta decalogi, & præcepta quatuor Euangeliorum. Audi nunc quid mereantur indignè communicantes.

De indig-  
nè cōmu-  
nicanti-  
bus.

Exod. 12

Ioan. 19.

Matt. 27

Exod. 12

## CAPVT